Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0001-2

71
Bd 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0002-7

habo III. 4566

Qvum

VIR

Clariſſimus Doctiſſimusqve

DN. JOANNES BLASIUS,

Thurozio Hungarus

RELICTA ACADEMIA VITEMBERGENSI

M. DCCVI. tertio Calendas Martii

PATRIOS REPETERET LARES

iter felix fauſtumqve

precantur

FAUTORES, AMICI ET CIVES.

Vitembergæ in Saxonibus

Stanno Hakiano.

OB du von Ungarn zwar/ mein Wertheſter/ das
Leben/
Und alß ein Landes-Kind viel Treu empfangen
haſt/
So hat doch Leucoris das Wohlſein dir gegeben
Da du ihr Bürger-Recht bißher dir angemaſt:
Wem biſt du denn wohl mehr mit Schuldigkeit ver-
bunden?
Hat dieſe nicht mit Witz und Künſten dich geziert?
Haſt du nicht Mutter-Treu in ihrem Schooß empfunden?
So wiſſe auch daß ihr vor andern Lieb gebührt.
Ei/ welchen Schluß haſt du den itzo dir geſetzet/
Daß du dem ungeacht zu ſcheiden biſt bedacht
Wir ſehen/ daß du dich bereits mit ihr geletzet
Und gibſt nichts weniger derſelben gute Nacht.
Iſt das die ſchuldge Treu? Jedoch ſie iſt zu frieden/
Und läſſet dieſes Ihr die höchſte Freude ſein/
Wenn von Ihr ſolche Leut in Ungarn ſind geſchieden/
Die an der Gottesfurcht und Weißheit ungemein.
So zieh dann glücklich hin/ weil dich der werthe Seegen
Von unſrem Elb-Athen gewiß begleiten wird.
Dich ſchütz der Engel Wacht/ auff allen deinen Wegen
Der ſtarcke Zebaoth ſey ſelbſt dein Schutz und Hirt/
Nimm unterdeſſen noch voritzt die letzte Ehre/
Wie ſchlecht ſie immer iſt/ Hochwerther/ günſtig an/
Nimm hin den treuen Wunſch/ kein Unfall dich verſehre/
Des Himmels Gunſt ſei dir auff ewig zugethan.
Im Hertzen wollen wir ein Ehren Denckmahl ſetzen
(Und das erfodert auch dein unermüdter Fleiß)
Das keiner Zeiten Roſt und Moder kan verletzen/
**Gott ſei dein Schild und Ruhm/ Gott ſei dein Lohn und
Preiß.**

So letzte ſich mit ſeinen wehrteſten Herrn Lands-Mann
und wüntſchte Ihm bey ſeinem Abſchied alles vergnüliches
Wohlſeyn

Melchior Qviskovitz, Ungarus,
S.S. Th. Cultor.

DUm Patrios circum ſævit Bellona penates,
Tu Vittembergam deſeris! Ah ſubito.
Non jam Caſtaliæ Te doctæ dulcis Amice,
Non Cives lentis vocibus hic retinent.
Ergo diſcedas Patriæ ſpes maxima triſti,
Et purum validè protege dogma DEI.
Vera loqvi facile eſt: rabido ſed ab hoſte tueri
Intrepidi munus Thejologi eſſe putes.
Tandem: Qvi tutela Tui eſt portusqve ſalusqve
Hunc ſemper Chriſtum cum pietate colas.

His Clariſſimum Dn. Civem in Patriam redeuntem,
comitari voluit

Paulus Simonides, Hung. Phil. & S.S. Theol. Cultor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0004-8

SIcut per magnis præfertur gemmula Saxis,
Sic parvus magnis anteferendus erit.
Nil etenim prodeſt formam ſpeciemve Gigantum
Vincere, ni tinctum eſt Palladis arte caput.
Parvus es, ut fatear: ſed maximus artibus illis
Qvæ magnam famam conciliare ſolent.
Ergo Virum Juvenem Patrii prenſate penates,
Et magnum magnis condecorate bonis.

His Clariſſ. Dn. Civem comitabatur

Joannes Clement, Hung. S.S. Theol. & Phil. Stud.

WEnn jemand ſich aus Rom zur Reiſe wolte ſchicken/
So ſah er fleißig an der ſchnellen Vögel flug/
Und wenn zur lincken Hand er ſelb'ge kont erblicken/
So zog er ſeinen Weg! doch eiteler Betrug.
Du Werthſter kanſt getroſt zu deiner Reiſe ſchreiten/
Weil dir Euſebie und Witz zur Seiten ſtehn/
Weil Mahanaim dich des Höheſten begleiten/
So ziehe hin/ es muß dir alles glücklich gehn.

Mit dieſen wenigen Zeilen wolte ſeine Schuldigkeit abſtatten

Jo. Virgilius Freyſeyſen/ Cremnit. Hung.
SS. Theol. & Phil. Stud.

RArus eſt ales pietas probata,
Rarior corvo nivei coloris;
Mille vix inter reperire poſſis,
qui pius eſſet.
Sunt enim qui ſub ſpecie ſiniſtra
Autumant veram pietatem habere:
Aſt enim vero meliore jure,
Sunt*ſimulacra. *Pietaſtri
De tua nolim pietate vera
Tale mi BLASI modo cogitare,
Quin magis ſummæ mihi duco idipſum,
Relligioni.
Perlubens teſtis Tibi ſum futurus:
Te piæ vitæ nimium fuiſſe
Deditum, & nunc eſt pietas tuorum,
Norma laborum.
Hinc Tuis rebus benedixit ultro,
Atque conatus DEUS evenire
Proſpere juſſit, ſtudiumque fauſto
Fine beavit.
Ergo mi BLASI, Patriam reviſe:
Ito & exemplo ſtudeas præeſſe,
Vita doctrinæ ſimul atque dictis,
æquiparetur.
Quilibet noſti * ſimulator urget, *Pietiſta
Atque de noſtra male Leucorea,
Sentit: hic ſummam fore profitendo,
Impietatem.
Ito & obtura pietate vitæ,
Os malignantum: quo habeant fateri,
Hæc minus recte, melius ſiniſtre,
Dicta fuiſſe.

His pauxillis comitabatur Civem Cl. cum voto εὐοδίας

Samuel Nigrini, Düln. Hung. S.S. Th. & Phil. Stud.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0005-4

LAudibus arguitur Miles, qui Marte potentem,
Hoſtem proſternit clypeo, Palmamqve reporrat.
Laudandus magis eſt, Inſcitia dira laboris,
A qvo perpetui ſtudio depellitur acri.
Hæc Tua cura fuit ſemper Clariſſime BLASI
Palladis in Caſtris geſſiſti prælia felix.
Strenuus ingenio ſuperas enardua qvævis,
Victor & es clarus nulla qvoqve laude tacendus.
Qvid vetat, ut Patriæ referas dêin commoda multa,
I felix igitur, Martis contemne furores.
I qvo vis animi, qvo Te calor entheus ipſum,
Abripit: ad dulces tandem remeato Penates.
Scande Triumphalis culmen venerabile Sellæ,
In qva proponas cum fructu dogmata pura.
Magna tropæa loces fidei virtute Jehovæ,
Surgentes pravos errorum disjice griphos.
Sic bene de Patria Doctiſſime perge mereri,
Aſpirent ſuperi faueat conatibus æther.
Clare Parens gaude, gaudeto Patria tellus,
Qvodqve Virum recipis vera pietate decorum.

His applaudebat Populari ſuo in Patriam ituro

Samuel Bohus,

Felsö-Petöfalva Hung.

DUm Patriæ fines linqvebas, ductus amore,
Doctinæ, & cupiens cernere poſſe VIROS.
Tum dolor & lacrymæ Matris Fratrumatqve ſororum,
Te comitabantur, quòd via longa foret;
Ac turbata malis, perverſi, tempora Martis,
Mors, metus & forſan damna ferenda Tibi.
Qvêis Reverendus, ait, Pater, o cur fletis amarè
Ut Juvenis, Tobias hic quoque carpet iter.
Qvi mandata DEI ſervant ſervantur ab illo,
Nec ſcit fidentes deſeruiſſe DEUS.
En dictum factum! jam qvartus labitur annus,
Vivis & excultus, vis properare domum.
I, propera, ſervi Domino, ſolareqve moeſtos,
Cognatos JOVÆ Te pia dextra regat.

Clariſſimo Domino Blaſio dulcem Patriam repetenti, amica manu appoſuit

Martinus Regis, S.S.Th. & Phil. St.

CAſtaliæ facili deducite, carmina plectro,
Nymphæ: pro merito, præmia juſta date.
Ingenuum Juvenem frondoſa cingite lauro,
Qvem caſto erudiit, Docta Minerva Sinu!
Nam Patriæ repetit fines, & dulcia tandem,
Arva ſubit fortis, pectore magnanimo.
Bellonæ ſævæ qvem non deterruit agmen,
Qvod reboat paſſim, jam furit indomitum.
Ergo peritus abi percultum reſpice Tellus,
Doctrina Solido, præmia digna refer.

His gratulandi partes explebat Amico ſuo integerimmo

Samuel Zelenka, Hung.

S.S. Theol. & Phil. Cultor.

TEſqva remota Heliconiadum colit enthea Virtus
Qvam luſtrant Daci Pannoniiqve ſimul.
Hujus ubi, inſigni radiati luce fuere,
Artibus inſignes Patria Regna petunt.
Exemplo lucet, Civis Clariſſimus, hujus,
Lumine perfuſus, qvi atria chara ſubit.
Rite tamen: cum ſit Muſarum dote refertus:
Eſt pietatis amans, Relligione gravis.
Tempus erit, niveo qvem jam velabit amictu,
Patria, Laurigeris ſerta dabitqve comis.
I bone, qvoque Tuos proſper fert ſemita greſſus
Noſtra Tuæ comites carmina junge viæ.

His gratulabundus Popularem ſuum concomitari voluit

Johan. Thurzo, Hung. Trenſch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0006-9

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724513-p0008-1

Ponob II. 4566.

47

Qvum
VIR
Clariſſimus Doctiſſimusqve

DN. JOANNES BLASIUS,

Thurozio Hungarus
RELICTA ACADEMIA VITEMBERGENSI
M. DCCVI. tertio Calendas Martii
PATRIOS REPETERET LARES
iter felix fauſtumqve
precantur
FAUTORES, AMICI ET CIVES.

Vitembergæ in Saxonibus
Stanno Hakiano.